Curator Bonorum
- *Verſatur. v. pag. præc.*
- *Obſervare debet Alia Adminiſtrationem ejus*
  - *Antecedentia, it. Concomitantia. v. pag. præc.*
  - *Conſequentia ſiquidem*
    - *Obligatus eſt, & Conveniri poteſt*, quoties per Magiſtratum Confirmatus eſt, à Creditoribus, quibus Præſentibus eſt conſtitutus, *Actione directa Mandati*, ab his, qui Abſentes fuerunt, nec ipſi ſua curarunt, Actione *Negotiorum geſtorum* vel in factum. *a. l. 22. §. 10. ff. mand. l. 6. ff. d. neg. geſt. l. 14. §. 1. ff. d. reb. auct. jud. poſſ.* non verò ſi conſtitutus eſt ſaltem Privato Creditorum Conſenſu jure convenitur à creditoribus iis, qui ipſi jus ſuum perſecuti ſunt. *l. f. ff. h. Tenetur autem (1.) Ad Rationes reddendas. a. l. 1. C. ubi de ratioc. ag.* ſcilicet ſi intelligas Curatorem Extrajudicialem. *d. Mand. El.* nam Judicialis de cauſis judicialibus ſaltem reſpondet. *v. pag. 387.* *(2.) Ad Reſiduum ex Cura reſtituendum. a. l. 8. §. 5. ff. d. liberat. leg.* *(3.) Ad Damnum lata & levi culpa datum Creditoribus reſarciendum. a. l. 1. §. 17. 22. ff. d. ventr. in poſſ. mitt. de quo p. præc.*
    - *Obligatos habet Creditores, eosque, cùm Conſtitutus eſt à*
      - *Magiſtratu Creditoribus Præſentibus, convenire poteſt Actione Mandati contraria. a. l. 22. §. 10. ff. mand. l. 2. §. 1. ff. h. ſi ipſis Abſentibus Actione Negotiorum geſtorum. d. l. j. l. 6. ff. d. neg. geſt.* Hahn. *ad Weſ. h. n. 3.* *Salarium* quoque à Creditoribus promiſſum rectè *petit* ex Conventione inita. *a. l. 6. ff. mand.* quodſi promiſſum non eſt Imploratione officii judicis uti licet: nam penitus gratuitam *bodiè* non creditur præſtare voluiſſe operam. *fac. l. 1. §. 10. ff. d. extraord. cogn. j.* Richt. *d. Priv. Cred. c. 2. memb. 2. n. 8.* De Salarii Privilegio Prælationis dictum. *t. 5.*
      - *Creditoribus Tantùm ſaltem eos habet obligatos, qui ipſum conſtituerunt*, reliquos nec ipſe obſtrictos tenet, nec iis obligatus eſt. *l. f. ff. h.* quippe quibus ſuas utilitates curare. e. g. unà cum ipſo diſtrahendo, & pretium pro portione cujusvis diſtribuendo permittitur. *d. l. f.* Hill. & Don. *l. 23. c. 17. lit. d.* Hahn. *ad Weſ. h. n. 3.*
- *Deſinit (1.) Morte:* nam eſt officium perſonale. *l. 9. ff. d. Curat. fur.* *(2.) Suſpecti Remotione. l. 3. §. 11. ff. d. ſuſpect. tut.* *(3.) Revocatione* ex juſta cauſa legitimè facta. *a. l. 8. §. f. l. 17. ff. d. Proc. j. p. 65. & l. 2. ff. h.* Sand. *l. 1. t. 3. d. 2.* *(4.) Negotio:* ut Concurſu, *finito &c.*

In Curatore bonorum idem jus obtinet quod in reliquis Curatoribus. *a. L. 1. §. 17. 22. ff. d. ventr. in poſſ. mitt.* niſi diverſa juris ratio vel diſpoſitio obſtet. *a. L. 48. ff. d. adm. & per. tut. L. 9. §. 5. ff. d. reb. auct. jud. poſſ.*

TIT. VIII.

Quæ in Fraudem Creditorum facta ſunt, ut Reſtituantur

Actio Pauliana
- *Eſt* Prætoria realis. *§. 6. I. d. act.* annalis. *l. 1. ff. h.* Creditoribus à debitore, inſtante vel moto concurſu. *l. 6. §. 2. ff. d. reb. auct. jud. l. 6. §. 7. l. 24. ff. h.* Conſilio Eventuque defraudatis competens adverſus Poſſeſſores fraudis participes. *l. 6. §. 8. ff. h.* ad res alienatas, ac ſi alienatæ non fuiſſent, reſtituendas. *d. §. 6. l. 6. §. 11. ff. h. l. 5. C. d. revocand. his quæ in fraud.*
- *Oritur ex Ficto Creditorum Dominio. §. 6. I. d. act.* quibus bona debitoris cenſentur tempore alienationis jam acquiſita fuiſſe. *a. l. 39. §. 1. ff. d. V. S.* Bach. *d. Act. D. 3. th. 31. Diſſ.* Hahn. *ad Weſ. h. t. n. 6. verb. & quidem.* Cauſam Sine qua non conſtituit alienantis & accipientis Fraus, quæ cùm in ſolo accipiente ex titulo lucrativo deficit, ſaltem ipſe, quatenus eſt factus locupletior, convenitur. *l. 6. §. 11. ff. h. Conf.* Mev. *P. 9. d. 26. n. 9.*
- *Requirit. v. pag. ſeq.*